

per sequentia nuntia a prope et longe comprobavit. Nec dubium est, quin defuncti his suis apparitionibus a deo concessis indicare voluerint, se per s. ordinis suffragia iuvari velle et posse. Addit ibidem ad annum 1654, quo haec facta sunt, suum commiserationis paternae affectum his verbis: „deus det eis requiem.“ Miraculi loco numerari potest, quod in diario suo manuscripto referi, nam missus a rev. Leonardo Stuttgardiam propter gravissima hyberna militaria ad caesarem generalem pestifero ulcere in pede cum ingenti dolore correptus, emissio voto jejunii sabbathici salvo ordine, mox liberatus, pedes ut ierat, remeavit postero die claudicans, scisso ulcere plane convalevit. Vide diarium illius ad annum 1634.

[fol. 5^b.] Christophorus Han, Bucheimensis *, electus anno 1636, die 28. Octobris, rexit annis 39 et mense ¹, obiit anno 1675. 20. Novembris, aetatis 68, professionis 50, sacerdotii 46 ***

¹ Hier ist sein colovrines Wappen, ein goldener schreitender Hahn im silbernen Felde, angebracht und darunter die Wappenbedeute: Jacentes excitat et somnolentos increpat. Vigilare et orate.

* Von Buchen, bad. Kreis Mosbach. — Nach B. Kremer war er der zweiaundvierzigste Abt, f. S. 164; nach dieser Handschrift von Ströcklein's Hand der 44ste.

** Von Benedict Mittel, dem späteren Abte, sind hier folgende Verse beigelegt:

„Christophori Galli prodest vigilantia Valli,
Primaevae flori quam reddidit atque decori.“

Vallis ist hier für Speciosa Vallis (Schönthal) gebraucht. Seine Bachsamkeit brachte Schönthal wieder zur ursprünglichen Blüthe und Ruhm. Dieselben Gedanken und selbst Worte vigilantia Galli und Vallis finden sich wieder in den Versen am Schlusse dieser Lebensgeschichte, welche auch von Mittel herrühren. In seinem Band Gedichte (Hj.) poemata sacroprofana in dem Gedichte ortus et progressus monasterii de Speciosa Valle, p. 106, kommen folgende Verse vor:

Mistaque singullis ridet pax aurea vultu
Christophori Galli prodest vigilantia Valli
Cum patre Francisco sufferre gravamina disco.

Schon der Umstand, daß dieser Abt stets dominus abbas und nicht reverendissimus dominus darin genannt wird, macht es wahrscheinlich, daß diese Biographie nach dem Tode des Abtes Christoph geschrieben wurde. Nur bei der Wahl wird dem Abte Christoph das Epitaphion reverendissimus beigelegt. Auch sind folgende Thatsachen darin ibergangen, welche ein gleichzeitiger Berichterstatter gewiß nicht unerwähnt würde gelassen haben: Die Anwesenheit des Salemer Geschichtschreibers P. Hillenfon 1641 in Schönthal; Einsetzung über das capitulum nationale daselbst 1642; das Verlangen seiner Mönche 1648, daß er abdankte; siehe Schönth. a. a. D. S. 151; die Visitation des Salemer Abtes Thomas II. Schwab 1649, von welcher oben aus dessen Diarium Einiges mitgetheilt wurde; ferner, daß auf dem Nationalcapitel in Rottweil 1654 Abt Christoph Hanu promotor causarum war.

Anno 1632. 16 Novembris in pugna dirissima prope Luzen* in Saxonia perit Gustavus Adolphus, Suecorum rex, et ex catholicis insignis dux Bappenheimius, marschallus.

Anno toto 1633 nemo de religiosis Schönthalensibus, praeter relictos in vicinis parochiis, monasterium vidit, aut eo fruitus est.

1634. Postquam hoc anno Speciosa Vallis non solum religioso habitatore per biennium, sed et vero pastore et abbate per unum annum orbata fuisset, venerabilis pater Valentinus Opilio, prior, in Stambis ** commoratus, propter absentiam visitatoris de Caesarea ***, statum tam afflictum scripsit primo ad rev. dom. vicarium generalem, dominum Thomam, Salemitanum abbatem †, Constantiae tunc agentem, et eius deinde mandato ad ipsum rev. generalem dom. Petrum Nivelium, abbatem Cistercii. Quas litteras utrasque praedictis superioribus destinavit per rev. patres Christophorum Han et Burkardum Bruch, in Helvetia tunc commorantes. Qui, cum die 4. Aprilis ex s. Urbano †† abivissent, 13. Aprilis venerunt Cistercium, inde vero ex praecepto rev. patris generalis 17. Aprilis abire et pro maturanda monasterii provisione redire jussi 23. Aprilis redierunt ad s. Urbanum. Hinc 25. Aprilis pater Christophorus cum litteris rev. generalis Maris Stellam ††† abiit ad venerabilem patrem priorem, ubi a quinque congregatis religiosis professis de Speciosa Valle, superiorum jussu instituta fuit canonica electio juxta morem ordinis die 16. Maii. Sicque provisionaliter et conditionate electus fuit rev. pater Christophorus Han. Qui sic electus curavit actum hunc significari religiosis circa monasterium degentibus, a quibus concorditer repudiatus, accepta 5. Augusti reprobationis publica signata cheda. Interea die 6. Septembris apud urbem Nördlingam inter Ferdinandum III., cum campiductore Gallas, et Suecos eisque adhaerentes hostes imperii et ecclesiae fortiter et gloriose pugnatum fuit, caesis 6000 peditum et aliquot millibus equitum, capto hostium generalissimo Gustavo Horn, cum comite Krazio, reliquis ad extremos fere Germaniae fines confugentibus. Qua victoria catholicis Germanis a deo concessa, subito diu squalens religionis facies immutari et sufflaminata haereticae pravitate saevitia, religio suis

* Pittgen. ** Schönthut nennt in seiner Schönthalser Chronik S. 156. hier Stanz in Unterwalden. *** Reifersheim bei Donauwerth. † Abt Thomas I. Wunn 1614—1647. †† St. Urban im Canton Lucern im Amte Willisau. ††† Maris Stella ist der Ordensname für Bettingen. Diese ganze Stelle scheint aus Han's diarium entlehnt zu sein.